Cõciliat. resoluit: cuȝ calidus sit. ut Cõciliator differẽtia. 18. p̲bat.
Et Galienus quoq̨ in q̃rto de accidẽte et morbo cap. 8.
Galienus inquit: Aer qui viciuus est cuti dissoluit mẽbra sub cute
existẽtia: itaq̨ inaniunt̃. Propt̃ hoc medicus debet opti
mas qualitates aeris eligere in cõseruatiõe sanitatis/ eius
q̨ p̃seruatione: & nocentes ip̃ius dispositiões corrige-
re & rectificare. Idcirco q̲s aer bonus sit/ & q̲s malus di
cendũ est: ut unusquisq̨ bonũ ac laudabilẽ a non bono
Auicẽna. possit distinguere. Ideo Auicẽna. 2. primi ca. 1. dicit: Aer
quidẽ dũ est temperatus & clarus/ neq̨ substãtia extre
ma cõplexioni spũs contraria ei admiscet̃: est sanitatem
efficiens. cũ ṽo est cõtraria/ contrariũ operat̃. Valde igi
tur necessariũ erit nobis ut aer corrigat̃: p̲maxime si hic
morbus ab influentia sup̲iori p̲uenerit. Propt̃ea et in tẽ
pore calido sequit̃ ignitio & adustio in humoribꝫ/ & ci
tius alterabilis et receptius ab illius influentia causatiua
Cõtra aerȝ ĩfectũ & mouente illã materiã mentagrę. Ideo quãto plus pos
bibile est/ minus quo poteris attrahat̃ aer exterior dum
infectus sit. & non inspiretur ad intra corpus. q̲a tũc ta-
lis influẽtia minus cõmouebit dictã materiã in porosita
tibꝫ mẽbrorꝫ neruosorꝫ/ & etiã in venis qualitatiue ex-
istentẽ. Verũtñ magis maliciosus magisq̨ cõmouẽs est
aer sup̲ior existens: q̲a directius aspicit hoĩes stantes &
Aristot. loco alto expositos: & cũ maiori alteratiõe mediĳ in ta-
Auicẽna. les hoĩes agit. nã agens fortius agit in passum p̲pinquũ

diſpoſitũ/ꝗ in diſtãs. ut Ariſtoteles de gñatiõe/& Aui cẽna in de viribꝫ cordis ca. de hiacyntho aiũt. Et tũc de- bet fieri mora in domibꝫ / ve locis cõcauis & infimis & ſubterraneis. cũ ſit ibi aer groſſior & frigidior. nã tali ae re exiſtẽte groſſo/cũ ſit in maiori diſtãtia/nõ habet po- tentiã vel virtutẽ illa ſpecies influentiæ ꝓprietaria pene trandi illũ aerẽ groſſum ſicut aereꝫ ſubtilẽ. qa facilius in eo illa ſpẽs ꝓprietaria penetrat/ & melius corpus eſt re ceptiuũ illius malę qualitatis. ut Auicẽna. 2. primi doc. 2. ca. de naturis tꝑm ĩnuit. Tũc ergo ingroſſandus eſt aer irrorando ſępe domũ cũ aqua/& aceto in eo ſpargẽdo: & cuꝫ roſis: ꝑcipue in tꝑe calido. Si ỽo talis influẽtia in tꝑe hyemis peruenerit: etiã eſt neceſſariũ uti inſtigidan tibus et ingroſſantibꝫ. Verũtñ quia talis infectio in hoc morbo dicto plurimũ accidit a cauſa ſuꝑiori: et hoc ſꝫm diuerſitateꝫ aſpectuũ ſignoꝝ/ſub quibꝫ cadit cõiũctio planetarũ & eclypſes ſolis et lunæ: ita ut iſte morbꝫ mẽ tagra in una ciuitate eiuſdẽ climatis & regionis/& non in alia: et in una domo eiuſdẽ ciuitatis/et non in alia do- mo: vel in uno homine illius domus/ & non in alijs eue niatꝫ propterea ſi ipſe morbus infecerit multitudinẽ ho- minum: in tali loco vel ciuitate ſũmopere fuga eſt neceſ ſaria. Deniqꝫ notandũ eſt: ꝙ non ſolum materia menta grę mouẽt ab influẽtia ꝓprietaria ſtellarũ/ ſꝫ & cõmo- ueri poteſt a cauſis exterioribꝫ: ꝑmaxime ab aere corru pto & peſtilẽtiali. ex hac aũt cã malignaẽ & mouẽt na- tura: et tũc virtus expellit illã materiã mẽtagrę. Proptꝰea dicit Aui. fen. 1. q̃rti ca. 6. Et de hoc ẽ cuius cã ẽ res adue niẽs extrĩſecus/ ebullitiõeꝫ faciẽs occultã. i. cõmouẽs oc cultos hũores in nobis. Pro q̃ nota duplicẽ ebullitionẽ. Vnã q̃ fit rei ebulliẽtis rẽctificatõ. ſicut ebullitõ muſti cũ

Auicẽna.

Ingroſſa- tio aeris

Mẽtagrã oriri ab a ere corru pto.

Auicẽna.

Ebullitio duplex

fit vinum depuratum. Alia quę fit rei ebullientis corru-
ptio. ut cuȝ ebullit vinum & fit acetū: & ebullit sanguis
per putrefactioneȝ & fit fęx melancholica. Et has duas
Auicēna. ebullitiones notat Auicēna in ca. de variolis & morbil-
lis. quia sanguis siue ebulliat ebullitione separatiua/ scili
cet perfectiua: siue ebullitiōe corruptiua: fit aliqua sepa
ratio. In omni em̄ ebullitione perfectiua fit separatio p-
tis bonę a mala: in ebullitione aūt corruptiua fit separa-
tio humidi a sicco. uñ terminus putredinis est incinera-
Mētagrę occulta tio. Mentagra vero habet occultos humores: vicȝ mate-
riam melancholicā adustissimā/ terreā/ in porositatibus
membrorum neruosorum/ ex dispositiōe occulta aeris. sic sæ
pe in pluribus pestilentijs cōtingit multiplicatio vario-
larū. aliquādo in alia dispositiōe aeris eueniūt morbilli:
& aliquādo in alia dispositione aeris oritur tertia speci-
es/ scȝ aluhumata. Et sub hac specie rōnabiliter aliq Do
ctores mentagrā collocant. Similiť eueniunt istę p̄dictę
dispositiones/ id est species variolarū/ p maxime aluhu-
mata in autumno/ cū aer est turbidus/ puluerulentus et
Rasis. obscurus: et flat ventus meridionalis. ut inquit Rasis. 8.
continentis. Et ibidē dixit: Si videris autumnū vęhemē
tis caliditatis & siccitatis/ & hyemē proprię naturę: ex-
pecta variolas/ & alias species variolarum. Cōfirmat hoc
Auicēna. princeps Auicenna dicens: Euentus earū est plus in ve
re q̄ȝ in hyeme: & post ver in fine autūni: & proprie q̄n
do æstas est calida & sicca/ & fuerit autūnus calidus &
siccus. Concludamus igitur: q aer in quocunq̄ȝ tp̄e an-
ni fuerit valde calidus & siccus/ & pręcipue in regioni-
bus calidis & siccis/ & in corporibꝰ calidis & siccis: dat
signa euentus morbillorum: etiam mentagrę. licȝ rarissime
eueniat. q̄a eius materia nō mouetur nisi ab agente for-

ti proportionato ipsi materię morbi mentagrę. Dixi su perius de aere valde calido:non dicere volo/ꝙ aer cali dus noceat in conseruatiõe a mentagra & cura eius: im mo continet nos.de quo medicus magnã debet habere sollertiã.ut.12. continẽtis/ &.11.terapenticę scriptu3 est. Ad calidũ quidẽ declinare debet: nã causa faciens hunc morbũ mentagrę frigida ẽ.Et quia opus est tractiõe ad exterius/ne patientes infestent a tam sęuis doloribꝫ: & talis materia est grossa & cõpacta / quę postꝙ venerit ad extrinseca exiccatione indiget:ideo ad siccitatem aer tendere debet.Et confirmat hoc experiẽtia. na3 omnes qui tali morbo laborãt longe deterius se habent in hye me ꝙ in ęstate. Lic3 in actu pręseruatiuo ad tẽperamen tum aerẽ alterare debeamus/ubi inęqualis fuerit/ tantũ quantũ possibile est. Et tande3 ad illas qualitates debet declinare aer quę minus sint generatiuę materię facien tis hanc ęgritudinem.

Excusat seipm

Rasis

Galienu

Expiẽtia

Ca.VII. de cibo & potu.

Galienus primo ad Glauconẽ dicit: Per dietã aũt non solũ intelligere debemus administratione3 potus & ci bi:ve℞ & debitã administrationẽ omniũ quæ sub rebꝫ non naturalibꝫ continent.Et propterea dicebat dietam quã viuendi regulam dicimus/esse medicinam/aut me dicinę partem.Prętereа licitum est volenti naturalẽ ca lorem & vita3 conseruare/ ut nunꝙ sine pabulo et nu trimẽto corpus relinquamus. qm̃ corpus priuatũ alimẽ to non potest diu durare.teste Galieno primo de elemẽ tis ca.1.sic inquiente: Sine alimento non est possibile vi uere sanos/nec ęgros. Cuius causa3 & rationẽ assignat Rasis.25.continẽtis ca.1.dicẽs ꝙ corpora nostra sunt cõ tinuę dissolutionis ex aere circũferente & caliditate in

Galienu

Dieta q

Necessi tas alimi

Galienu.

Rasis.

nata quę in nobis est. Indiget ergo nutrimēto ad resistē
dum ei quod dissoluitur. Hoc etiā innuit Auicēna secū-
Auicēna. da primi doc.2.ca.2.ubi inquit: Nutrimento indigentes
sumus: & nostra conseruatio sanitatis est ex nutrimen-
to nobis cōueniente/quod ęquale existit. &c. Hoc ideʒ
Galienus testatᷓ Galienus in libro de dissolutiōe contraria ca.1.in-
quiens/ꝙ corpora hoīm sunt in continua dissolutione:
propter calorē aeris circūdantis ea extrinsecus / & calo
reʒ interius existentē. unᷓ necessariū est restaurare in eis
quod dissolutū est. ideo necessarius est cibus & potus.
Testis est prīceps Auicēna. 13. tertij tractatu.2.ca.7.ubi
Auicēna. inquit: Necessitas cibi est: ut suppleat locū eius quod re
soluitur. Resolutio itaqꝫ caloris naturalis & ab extrinse
co proueniens/facit refectioneʒ & nutrimenti necessita
teʒ: ut deperdita eo modo quo possibile est restaurenᷓ.
Propterea dicūt medici: ꝙ restaurata nunqꝫ ad quanti-
tatem/nec ad perfectioneʒ dissolutorū attingunt. quod
ut ita sit patet per Galienū in primo de regimine sanita
Galienus tis diceteʒ: Si possemus tale aliquid introducere quod
simile esset effluenti/hoc sanissimū & optimuʒ esset: sed
hoc impossibile est. quia id quod defluit ab unoquoqꝫ
mēbro/tale nanqꝫ est quale ipm membrū a quo deflu-
it/a quo sumpsit fundamentū. Auicēna item prima pri-
Auicēna. mi doc.3.ca.de ętatibus dicit: Amplius si hęc virtus/scili
cet nutritiua infinita foret: semp pmutationeʒ in corpo-
re faceret eius quod dissoluitᷓ. Sʒ vidēus: ꝙ cibaria opti
ma comedētes/& ea pfectissime digerentes/de necessi-
tate mori habent. nā si possibile esset semp custodire hu
midā complexionē corporis/īmortales essemus. ut pri-
Galienus mo & sexto de regimine sanitatis Galienus innuit. ſʒ qa
naturalem viam/eam scʒ quę ad desiccanduʒ/fugere nō

eſt poſſibile:propterea ſeneſcere neceſſariũ eſt nobis et corrumpi. Et ꝙuis rectificatio cibi & potus quantũcun ꝙ optima/non facit nos a morte liberos & ſecuros. Cũ ſint naturales corruptiões duę quas nullũ generatũ cor pus effugere poteſt. Vna: ꝙ ſemper corpora noſtra ma gis deſiccant. Altera: ꝙ ſemp uniuerſa ſubſtãtia noſtra fluit/ob innatũ nobis calorem. Ad defenſionẽ haruȝ du arum corruptionum naturaliũ/& ne humiditas cito re- ſoluatur/in ĩpius quidẽ fortitudine conſiſtit:ut ĩpm cor pus uſqȝ ad debitum tempus permanere faciat:puta de terminatũ peryodum. Et hoc quidem fit per regimen re ctum reſtauratiõis cibi & potus: quę fit loco eius quod reſoluitur. Si igit̃ hęc duo medicus fecerit:ſcȝ ꝙ putrefie ri non ꝑmittat: & prohibeat ne cito humiditas prima re ſoluatur: diu ſanos uiuere faciet omnes qui uſi fuerĩt ta li reſtauratione. Et ꝙ̃ grandis ſit refectiõis utilitas nota: ꝙ corpus a ſiccitate feſtina pręſeruat: quę ſiccitas intan tum eſt corporibus noſtris inimica atqȝ contraria/ ut in ceſſanter augendo procedat donec nos perimat. Teſte Auicenna ubi ſupra dicente: O ꝙ̃ grandis erit refectio- nis cõmoditas:cũ humanũ corpus longæuum & ſanuȝ eſſe faciat toto ſuarum ętatum diſcurſu. &c. Ex his ſeq- tur concluſio: ꝙ magna eſt debitę ac ordinatę refectio- nis utilitas. Quas autẽ habeat conditões/quęue debita ſiue ordinata dieta dici mereatur/medici iudicio relinq- mus: qui quod unicuiqȝ cõueniẽs erit iubebit offerre ꝓ ut regio/natura/tp̃us/cõſuetudo/ętas & hmõi expete- re videbunt̃. nã optet ut medicus ſit prudẽs: ut ſuo iudi cio eſtimatiuo veritati adhereat. Pręt̃ea Princeps. 3. pri- mi doc. 2. ca. 7. ait: Optet ut ſanitatis cõſ3uator ſtudeat / ne cibi ĩpius ſubã ſit aliquid nutrientium medicinaliuȝ.

Corruptiones naturales. 2

Refectionis utilitas

Auicẽna

Auicẽna

Pręterea non sunt cibaria mala & illaudabilis substan-
tię comedenda: quę merito ab omnibꝫ volentibꝫ sanita
tem conseruare derelinquenda sunt: ꝑmaxime in ꝑser-
uatione & cura morbi mentagrę. Si vero bonę fuerint
substantię & laudabilis chimi: erunt eligenda. Conclu
dendū em̄ est circa bonitatē ciboꝝ & potuū. nā si boni
tas substantię neglecta fuerit: non solū inutilis/ſ3 & per
(natura ci / bi mali) niciosa erit. Malicia em̄ ciboꝝ hanc solita est habere na
turam: ut ꝙuis per aliquod spaciū sua celet occulta no-
cumenta/postea tamē ea manifestissime ostendat. exꝑi
entiā in pauperibꝫ videmus. Hoc innuit Auicēna in ter
(Auicēna.) tia primi doc.2.ca.7.dicēs: Ille in quo mala digerunt̄ nu-
trimēta ob hoc nō decipiatur: q̄m post dies in ip̄o mali
gn̄abunt̄ humores ęgritudines faciētes et pernecantes.
Propterea Galienus in libro de dissolutione continua
(Galienus) dicit: Omnia cibaria quę non tēperata sunt/ nō generāt
sanguinē purū/mundū et clarum. Et cibarioꝝ mali chi
(Cibario- / rum mali / chimi.3. / species) mi tres sunt species. Earū em̄ sunt quę addunt cholerā:
et earū sunt quę addunt flegma: et earū quę addūt cho-
leram nigrā. Oportet ergo oēm hominē dimittere mul
titudinem eoꝝ et cōtinuationē assumptiōis ip̄oꝝ: quia
& si non inferant nocumentū cito/tamē in longo tēpo-
re chimi tales generāt ægritudines malas. Drusianus.2.
(Drusiāus) tegni contrariat̄ huic/dicens: Et manifestu3 per hoc/ꝙ
cholera non est in natura ciboꝝ: sicut aliqui voluerunt:
sed est in natura efficiētis. Si em̄ haberet naturā cibi: tūc
in omni corpore ex eodem cibo fieret paris naturę hu-
mor. quod falsu3 esse videt̄. quia ex melle in iuuene mul
tum fit de substātia cholerica in sanguine: in sene aūt fit
sanguis ęqualis. Sed Galienus dicit in primo li. de natu
(Galienus) ralibꝫ virtutibꝫ; Nihilominus tn̄ omne agens agit ſ3m

exigentiam materię: et fiet ꝑ hoc ex calidis cibis plus de cholera/minus de flegmate: ex frigidis vero econuerso. Ex temperatis aūt sanguis ęqualis generať ꝙtū ex aptitudine materię. propť quod ex calidis cibis in corporibus calidis fit multū de cholera: sꝫ in frigidis fit sanguis ęqualis. & similiť ex frigidis in corpꝛibus frigidis fit multū de flegmate: et in calidis sanguis ęqualis. Ab his em̄ cibis & potibus generantibꝫ cholerā nigram pręseruare debemus corpora disposita ad incurrēdū morbū mētagræ/ permaxime illo iam infecta: ut sunt caro pecudis omnis/& caro caprę/caro hyrci/& bouis/&carnes cuiuscunqꝫ animalis melancholici & hm̄oi. Oua etiā dura & frixa: & caseus antiquus: & fungi. & oīa legumina: sicut lentes/miliū. Similiter omnes pisces saliti. & omnes fructus recentes: ut ficus/cerasa et similia. naꝫ si in multa quantitate frequenter comedanť/multitudo chimi mali & superfluitatū ex eis generatur/ & paucitas nutrimenti. Et a cępis/& allijs/rapis/raphanis/pastinacis/caulibꝫ & his similibus/ab eoꝝqꝫ frequenti usu abstineat in p̄seruatione & curatione huius morbi mentagrę. Pręterea abstineat a cibis fortis caliditatis in virtute: quia calorem naturaleꝫ incendunt/& corporis humiditatē naturalem exiccant. ut Auicenna fen prima primi doc.3.ca.1. ait: scꝫ ꝙ caliditas maior ꝙꝫ debet reddit corpus siccius ꝙꝫ oportet. naꝫ omnes caloris causę cū supfluunt/in exiccando iuuāt. ut dicit idē Auicēna in quarta primi ca.2. Concludamus igiť: ꝙ in corporibus patientibꝫ pręd ictum morbum cibi valde calidi aut nunꝙꝫ/ aut raro/imo ꝙꝫ rarissime sumanť: quia corpus exiccāt. Illud em̄ est in causa generatiōis materię morbi mentagrę: quę est melancholica siccissima & terrea; & per auctā caliditatem

A qbꝫ c[ibis] fit ab[stinendum]... stinendū

Auicēna

efficeretur materia cinerea: per conseqns contraria essȝ ad illius morbi pręseruationē & curationē. Similiter cibaria etiā valde frigida actu vel potentia/ nō sunt comedenda. qm̄ naturæ humanę frigiditas est valde cōtraria. ut Isaac in dictis uniuersalibꝫ īquit: Frigida velut nix sūt multū fugiēda. sicut & Hippocras testat̄. 5. apho. dicēs: Frigidum est inimicū neruis/ossibus/dentibus/cerebro & spinali medullę. Propterea in corporibꝫ patientibus hunc morbuȝ mentagrę malicia frigiditatis in eis se aduna t: licȝ ipsi nocumentū non ilico sentiant. quia ad intra in porositatibus mēbroꝝ neruosorū recludunt̄ humores: ut in articulis & neruis. & frigiditas semp membra percutit debilia & sensibilia: & incidunt in maiores dolores. & talis morbus difficilis curationis efficit̄. Idcirco male operantur idiotę/ qui ordinant & applicant infirmis/tali morbo mentagrę afflictis unguēta frigidissima narcotica/grauantia & infrigidantia/& adunantia materiā ad intra poros membroꝝ. sicut inferius in ca. de cura accidentiū dicam. Concludere igit̄ possumus cū Auicēna in. 5. canone tractatu. 2. ca. 1. inquiente: Oportet ut vęhementer caueatur frigus: pręcipue in omni dispositione huius morbi dolorosi. Sequit̄ ex his dictis conclusio: ꝙ omnia cibaria/tam calida/ꝗ̄ frigida / humida vel sicca/non sunt in hoc morbo administranda: nisi cuȝ tēperamento. Ex superioribꝫ item notatis concludenduȝ est: ꝙ omnes cibi habentes complexionē superflue calidam/frigidam/siccam/vel humidā sunt inutiles in hoc morbo: permaxime si sint habentes complexionē frigidam & siccā. & hoc in generali: siue sint fructus/siue legumina/siue olera. De omnibus alijs cibis in particulari aut de complexione & proprietate eaꝝ nihil hic dixisse

Isaac

Hippocras

n medi[illegible] os īpitos[illegible]

Auicēna.

[illegible]ibarioꝝ [illegible]lectio in [illegible]genere.

volo: quia iam per ea quę scripta sunt in codicibus sim-
plicium medicinarum tractata a Doctoribus medicinæ re
peries complexionē & proprietatem cuiuslibet cibi: ex
inde iudicare poteris/si conueniētes & utiles sint ad p̄-
seruationem & curationē morbi mentagrę.

Ca. VIII. iustam mensuram motus & exer-
citij declarat.

Galienus in libello de exercitio inquit: Exercitiorum em̄ quoddam non solū corpus/sȝ animā lętam reddere po-test. tantę em̄ in ip̄o exercitio potēs motionis fit anima ꝙ multi quidē liberati sunt ab ęgritudinibꝫ perniciosis. Postea hoc idem ip̄e confirmat inquiens: Laudo exercitium: quod corporis sanitatem prębet/& partium conformitatē / et animę virtuteȝ. Probat itē hoc. 3. aphorismorum cōmento. 21. dicens: Exercitiuȝ mūdificando corpus a futuris liberat infirmitatibꝫ. Propterea conueniēs & necessariū est: ꝙ medicus electus hoc faciat in p̄seruatione corporis humani patientis mentagrā/eiusqꝫ curatione. Hoc Rasis quarto Almansoris ca. inquit: Sanitas conseruatur bonitate mensurationis motus & quietis. Propterea Hippocras in libello de aere & aqua dicit: Exercitium laboris tolerantiam pręstat: quies auteȝ & requies timorem & ignominiam: labor v̄o & agitatio animositatem ministrat. Ideoqꝫ in secūdo de accidēti & morbo ca. 3. inquit Galienus: Calor naturalis cōfortatur & augmentatur ex motu. quia vera perfectio caliditatis est motus: ad quam confortationem cæterę in corpus proueniūt utilitates & operationuȝ p̄fectiones. Confirmat hoc idem. 2. aphorismorum cōmento. 28. inquiens: Vtile ē exercitiū: nā cōmouet calorē naturalē/et validas facit q̄ sunt in mēbris virtutes naturales/ & aīales

Galienus
Idem
Rasis.
Hippocras.
Galienus
Auerro.
Idem

& vitales fortificando. Et ad digestionē vero bonā perficiendam necessaria est post cibi comestionē deambulatio temperata. ut per centū passus ambulare est laudabilior: et ecōuerso post cibū fortis vituperabilior est. ut Auicenna. 3. primi doc. 2. ca. 7. dixit: Paruus motus post comestioneʒ cibū in stomacho quiescere facit: & ꝓprie cum dormiendi post ipm voluntas affuerit. Hoc testatur Almansor li. 4. ca. 2. inquiens: Post comestionē vero a forti motu & longi temporis omnino est cauendū. Sicut em̄ motus ante comestiōeʒ factus sanitatis est cōseruatiuus: ita post comestionem ęgritudinis inuenitur generatiuus.

Auicēna.

Almāsor

Ca. IX. De somno & vigilia.

De somno autē naturali quomodo faciat ad digestionis bonitatē declarandum est: cū una de causis bene digerere facientibus cibuʒ somnus existat. testis est Auerrois. 2. colliget/ inquiēs: Operatio digestionis est fortior cū homo dormit. Propterea dixit Galienus. 3. de accidēti & morbo cap. 4. Virtus aūt animata si fuerit fatigata/ animali dormiente confortatᷣ: maxime si ante somnū cibum moderate accipiat. Ergo una ratio vel causa de necessitatibus somni est/ ut digeratᷣ cibus. Ideoqꝫ Auicēna prima tertij tract. 4. ca. 1. dixit: Somnus quideʒ naturalis absolute est/ cuius reditus est cum profundatione spiritus vitalis ad interiora: ut digeratur cibus. &c. Necessitas ergo somni est virtutis resolutæ restauratio/ & cibi p̄assumpti digestio/ & fatigati corporis & sensuuʒ eius quies & refocillatio. Idcirco per hęc quę dicta sunt intelligere poteris causam finaleʒ somni/ quę est digestio: & causam formalē/ quę est reditus spiritus. Causaʒ vero efficientē esse dicimus/ virtutē animalē impeditā: meterialē

Auerrois

Galienus

Auicēna.

Sōni necessitas.

Causæ sōni. 4.

autem causa3 esse vaporem qui ascendit a mēbris inferi
oribus ad cerebrum. Et sic apparet: ꝙ somnus naturalis
propter necessitatē digestionis causatus fuit: ideoq3 est
quies virtutū animaliū/motiuarū/& sensitiuarū/ cu3 in
tensione virtutū natnraliū. ut dicit Auicēna in canticis. Auicēna
Ex his dictis sequunt̃ utilitates et iuuamēta naturalis et
temperati somni: quę iuuamenta et utilitates videre po
teris ꝑ Auicēna3 tertia primi doc.3. ca.7. dicētem: Som-
nus temperatus naturalē virtutem quiescere facit: & in Idem
eius substantia augmentū prębet/ad prohibendū spiri-
tus qualiscunq3 fuerit resolutionē. &c. Et infra subiun-
xit: Somnus temperatus humectans & calefaciens / est
res magis proficiens senibus: quoniā in eis humiditate3
conseruat. Confirmat hoc Hali abbas. v. theoricę ca. v.
dicens: In somno em̄ digestionis fit bonitas/& humoꝝ Hali ab-
decoctio. calor aūt naturalis somni tp̄e ad profunda ce bas.
cidit corporis/quo cibū digerit & humores bonos dis-
ponit. &c. Cōcludendū igitur est: ꝙ somno naturali & Sōni tem
temperato utendū est in morbo isto qui mentagra ap- periē co[n]
pellari potest: quia perfectior digestio celebrat̃. qua me cedit.
diante spiritus & virtutes corporis animales restauran
tur/& naturales corroborant̃/ & cibi & potus pręassū
pti in sanguinem bonu3 conuertuntur: quod valde pro
sanitatis pręseruatione/& curatione corporis patientis
morbū mētagrę laudo. Pręterea necessariu3 est medico
scire/quę nocumenta in corpore patiente morbū men-
tagrę somnus superfluus efficiat. vic3 virtutū animaliu3 Nocum[ē]
obtusionem: & capitis grauedinē: & ægritudines frigi- ta somni
das. et illud est quod in membris totius corporis neruo superflui
sis resolutionem prohibet: & claudit poros illoꝝ mem
broꝝ: in quibus materia mentagræ stat occlusa: & illic

magis condensatur: & fit inepta resolutioni. Nam sicut multę vigiliæ complexionē corrumpunt cerebri aliquo siccitatis modo: sic contrarias operationes inducit som/
Auicēna. nus sup̄fluus. ut Auicēna secūda.3.ca.5. ait: Spūs in lon/go somno fit grauior/pigrior. Hoc etiā innuit Auerrois
Auerrois 6. colliget dicens: quomō superfluus somnus calorē ex/tinguit naturalē/ & corpus īducit ad tumidaȝ dispositio nem. Amplius dicimus: ꝙ hora ieiunij et inanitionis nō longo tempore dormire debet patiens hunc morbū. te
Auicēna. stis est Auicēna in tertia primi doc.2.ca.8. ubi inq̄t: Am plius sup̄ vacuitatem dormire est malū & virtuteȝ deij ciens. Et ratio est: quoniaȝ calor cuȝ cibum non inuenit quem digerat / vertit se supra sanguinem & carnē/ipaȝ resoluendo: unde macilenti fiunt: & humores magis de siccantur: & terrei & melācholici fiunt: pręcipue in cor/pore cholericissimo infecto tali morbo. De vigilia itidē
De vigi/lia tp̄ata / & super/flua. temperata & superabūdanti ac superflua scire oportet: ꝙ sicut somnus temperatus utilis & iuuans est ad dige stionem complendā/ & virtutes animales quiescendas
Auicēna. et naturales fortificandas: sic vigilia temperata/ut Aui/cenna in canticis textu cōmenti ca.31. dixit/ excitat val/de sensus: & disponit vires ad exercendum operatiōes suas. Ergo temperata vigilia concedatur: quia nullū no cumentum in corpore efficit. Sed superflua vigilia vitu peratur. Propter hoc Auicēna secunda primi doc.2.ca. 13 inquit: Cū vigilię sunt multę/complexioneȝ corrum/
Idem punt cerebri aliquo siccitatis modo: & debilitāt ip̄aȝ: et cōmiscent rationem: & adurunt humores: & ęgritudi/nes faciūt magis acutas. Et Auerrois. 6. colliget inquit:
Auerrois Quando vigilię exuberant/corpus desiccant: & calorē resoluunt naturalem. Propterea in patientibus hunc di

ctum morbū mentagrę/propter fortes dolores in mem
bris corporis eorū multę vigilię superfluę fiunt: & cor
pora eorum quando longo tempore durant/ desiccan
tur & marasmantur: & ut plurimū ad ethicam senectu
tis perueniunt. & hoc maxime in habētibus complexio
nem calidam & siccam. Raro autē ethicam febrilem in
currunt.

Ca. X. De repletione & inanitione.

Animaduertere debet unusquisq; prudēs medicus sæ
penumero: ne in corpore humano/vel aliquo membro
rum patientis mentagrā repletio fiat. Non aūt dico so
lum de repletione cibi & potus: sed & de humorꝝ natu
ralium & non naturaliū repletione/& congestione eo
rum paulatina: quę persępe contingit ex mala membro
rum complexione/ quātumcunq; reficientia in se lauda
bilia existāt. ut facile est videre de cholericissimo homi
ne temperata dieta enutrito/ in quo non parua cholerę
quantitas multiplicaī. similiterq; de flegmatico suo mo
do. & sic de sanguineo in quo superflua sanguinis quā
titas generatur. Multoq; magis ad horꝝ humorum au
gmentū accedere videtur dieta quę in quantitate vel q̄
litate temperamentū sępenumero excedit. sic em̄ plec
toria/vel cacochimia in toto corpore multiplicatur: ex
defectu digestiuę aut expulsiuę/ vel fortitudine attracti
uę & retētiuę. q̄re in stomacho/epate/splene vel pecto
re ac cęteris membris/vel toto corpore humores aggre
gati/ad plures ac varias ęgritudinum species disponūt.
Idcq; q vult corpus humanu3 a morbo mētagrę p̄s3uare
& curare: optet ad duas res intētionē suā dirigat. Qua
rū una est ad corpus: ut cibo cēueniēti reficiat loco eius
qd' dissolutū est de ip̄o. Alia ē mundificatio ab ip̄o eius

Repletio inhibetn[...]

Medico duo con sideräda

quod generatum est de superfluitatibꝰ ciborum. Quō aūt repletio & harū superfluitatū aggregatio cognos catur/siue sit quantitas laudabiliū humorꝝ:quę fit quan do ex bonis & multis cibis & potibus plurimū enutriē tibus sanguis copiosus & alij humores adaucti fuerint: eam utiqꝫ repletionem hęc signa declarant(ut Auicēna secunda primi doc.3.ca.6.dicit)membroruꝫ grauitas: in motibus pigritia:faciei rubedo:et venaruꝫ inflatio.&c. Si eñ repletio fuerit facta sola qualitate humorū peccā tium:scꝫ calida vel frigida &c.sunt signa diuersa:& hoc sm qualitatē humoris peccātis. Cū vero cognitum fue rit/in corpore uniuersalē vel particularem repletionem adesse:citissime de illius euacuatōe prouidēdū erit. Pro pterea ostensum est primo/quantum periculi sequat ex sanguinis repletione/q̄ꝑuis laudabilissimi. dicenduꝫ eñ esse videtur:repletum omnino euacuatiōe per phlebo tomiā indigere:nisi in breui vitam cum morte cōmuta re velit.ut Hippocras primo aphorismorꝝ dixit:In exer citantibus ad summuꝫ bonę habitudinis sunt fallaces/si in ultīo fuerint.&c.Et Galienus in cōmento dixit: Mul ti morte subitanea sunt extincti/corporibꝰ ꝑtingentibꝰ in ultimitatē plenitudinis.Hoc idem innuit in secūdo te rapenticę ca.ultimo dicens:Cū ęqualiter sibi inuicē au cti fuerit humores/multitudo hæc plectoria nomīatur. cū autē xanta cholera/vel nigra/vel phlegmate/vel se rosis humiditatibus plenū factuꝫ fuerit corpus: cacochi mum//& non plectoricū vocatur taliter dispositum. Id circo Auicēna tertia primi doc.2.ca.7.dixit :Vęhemens repletio in qualibet dispositione est pernecabilis. Pro pterea si medicus cognouerit/ad aliquā prefatarꝝ reple tionum corpus deuenisse:diligenter considerare debet:

Auicēna. Signa repletionis. Hippocr. Galienus. Plectoria. Cacochimia. Auicēna.

an illa repletio sit humorũ peccantiũ quantitate/ aut q̃li tate. Q, si medico noticia fuerit esse uniuersalem cũ humorum peccantiuȝ augmento & superfluitate/omnibꝰ rebus consentiẽtibus: phlebotomare ip̃m debet. ut Auicenna prima tertij ca.29. dicit: Cũ sanguis/aut humor q̃ vincit sanguĩeus dominat̃ / a phlebotomia incipiamus. quoniã ipsa est potissimũ remedium ad euacuandũ sanguinem: & reliquos humores potenter euacuat. Pharmacia vero tres humores habȝ euacuare. puta cholerã/ phlegma/melãcholiã. Sȝ nulla est sanguis medicina eductiua. ut tertio tegni latius Galienus dixit. Et Auicenna de phlebotomia in q̃rta primi ca.3. ait: Minutio est euaeuatio humorum ęqualiter augmentatorum. Et in cap̃. 9. eiusdem libri: Cũ humores fuerint ęquales/ prętermitte minutionem: ꝙ si ęquales non fuerint/superabundãtem euacua. Itẽ in ca.20. eiusdem dicit: Phlebotomia est euacuatio uniuersalis quę multitudinẽ humoruȝ euacuat. Ideo concludamus: ꝙ in pręseruatione corpoꝶ plectoricorum habentiũ dispositionem ad incurrendũ morbum mentagrę/siue eueniat a causa superiori/scȝ ab influentia coniunctionũ planetarum/siue eueniat ab alijs causis: conueniens & necessariuȝ erit facere minorationem per phlebotomiã. Vñ Galienus. 6. aphorismorum cõmenti. 22. Phlebotomia est cõmunis totius corporis purgatio. quia in corpibus tantũ humoꝶ auferre est cõgruũ/quantũ supra id quod sȝm naturã adauctũ est. q̃niam quantitas euacuationis dicit̃ ex quãtitate quę sȝm multitudinẽ fit. Igit̃ sȝm maiorẽ vel minorẽ sanguinis et aliorum humoꝶ multitudinẽ & repletionẽ fiat phlebotomia. Nã phlebotomia ventrẽ desiccat: memoriã pręsbet: vesicam purgat: cerebrũ temperat. Propterea dicit

Auicẽna

pharmacia quid purget.

Galienus

Auicẽna

Idem

Concl̃o pulchra

Galienus

flebotõie utilitas

tione generari solet a causa erroris sui regiminis expel-
lere consueuit: cũ omnia diligenter perscrutata fuere &
inuestigata per proportionẽ signoru3 dictorꝝ. Conclu-
damus tamen: ꝙ qualiscunq3 fuerit illa humoru3 reple- Conclo.
tio: si magna necessitas sit/ in quocũq3 anni tẽpore eua-
cuare debet. si autem nullũ notabile periculũ prętende-
rit/ in vere perfici debet: & sic pręseruabitur a morbis ei
euenire potentibus ex tali humorũ repletione. Propter
ea Auicẽna tertia primi doc. 2. ca. 1. inquit: Nobis neces- Auicẽna
se est proculdubio superfluitates euacuare. Idcirco in p̃
seruatione ab isto morbo mentagrę est necessariũ cor-
pora plectorica phlebotomare: & cacochima euacuare
cum medicinis purgatiuis humorꝝ abundantium & su
perfluorum in corpore cacochimo. S3 cauere debet me Cautela
dicus omnino/ ne medicinã exhibeat fortem in hac præ
seruatione/ minus q̃3 in curatione dicti morbi. eo ꝙ la-
xatiuum violentum q̃uis fuerit rectificatu3 & tempe-
ratu3 quantũ plus possibile fuerit/ stomachu3 debilitat.
testis est Auensoar tractatu nono ca. 8. Propterea ipse Auẽsoar
innuit libro primo trac. 7. cap̃. primo: ꝙ omnia laxatiua
quę habent violenter & impetuose laxare/ trahunt hu-
mores a toto corpore ad stomachũ: & purgant corpus
totum stomacho repleto manente. Et cũ hoc etia3 hæc
medicina habet totum corpus desiccare: quare humor
malus in substantia stomachi imbibitus/ habet remane
re. Propterea errãt imprudentes medici: cum fortissima Violẽtas
medicina solutiua volentes semel expellere quod pluri medicĩas
bus vicibus erat euacuandu3: unde aliqui ad febres/ alij reproba
vero ad disynteriam/ & ad alios morbos plurimos in-
de perueniunt. & hoc ideo: quia laboriosa & violen-
ta pharmaca corpori humano multu3 inimicantur. Nã

Ignotum medicinę ſolutiuę euacuant ex humiditatibus naturali-
empicis bus/& ſpiritu:qui eſt ſubſtantia vitę:& cū hoc virtutē
medicinę membroꝝ debilitant. Quare Hippocras dixit: Medici
indoctis. na purgat & inueterat. Ideo in quarta primi ca.8. Aui-
Hippocr̄ cenna inquit: In pluribus violentaꝝ medicinaꝝ exiſtit
Auicēna. aliqua venenoſitas: & ſolutioneꝫ ventris efficiunt ſ3m
motū/quo naturę violētia infertur. Hoc cōfirmat Auer
Auerrois rois quinto colliget inquiens: Nulla medicinarū violen
tarum eſt ſine veneno aliquo in aliqua parte ſui. Qua-
re omnes practicantes in medicina ſint cauti in admini
ſtrando has medicinas: ne toti nocumentū inferatur. In
Doctrina prēſeruatione/& etiam cura huius morbi occulti cōſu-
p̄ſ3uatiua lo: quanto plus poſſibile eſt fugere medicinas violētas:
ne nocumentuꝫ toti inferatur & membris principalibꝫ:
nedicinę Sed utatur medicinis benedictis. ut aloe / reubarbaro /
ɔ̃ndictæ. agarico/māna/caſſia. Mirabolani oēs laudant: nā cōfor
tant ſua ſolutione ſtomachum/viſcera/cor/epar/et cor
pus totum. Sed in euacuatione huius in morbo menta
grę peccantis humoris melancholici triplicia ſunt conſi
n euacu- deranda. Primuꝫ: ut nō ſubita & fortis fiat euacuatio in
ındo tria morbo melancholico: ſ3 per interualla & tempora qui-
ſiderāda eſcendo aliquando longo tempore. prout docto phyſi-
co videbitur: conſideratis conſiderandis: puta virtute/
ętate/conſuetudine/tempore/regione &c. Secundū cō
ſiderabile: ꝙ euacuatio non fiat cum fortiter & laborio
ſe euacuantibus: pręcipue in principio. Tertium: ꝙ non
expolientur ſolutiua a rebus lenificatiuis & humectati
uis. Quare in cura huius morbi mentagræ decoctiones
Vtilitas egregias ordinabo quæ omnes intentiones habebunt.
purgatio Concludamus ergo quanta ſit purgationis utilitas / &
nis. quanta eius neceſſitas in prēſeruatione corporū prępa-

ratorum ad morbū mentagrę: ne scilicet cōtingat in humoribus putrefactio vel corruptio & incineratio/ ex q̄bus mentagra citius generetur: vel ne diuersę ęgritudinum species generentur. Et ob hanc causam necesse est corpora mundificare in vere ab extraneis & inutilibus humiditatibus/siue cum phlebotomia/siue pharmacia: ut hūores naturales puriores reddant̄:ne in breui mors vel morbus mentagræ/vel alię sequantur ægritudines: Et hoc Romę/& in uniuersa Italia consuetum est:se sc3 semel in anno purgare:puta in vere. & corpora eorum longo tempore sana conseruantur:nec ita doloribus vexantur quemadmodum & nos. Mūdificatio vernalis bona.

Ca.XI.De accidentibus animæ.videlicet ira/ furore/tristicia/gaudio/timore/iuidia &c.

Manifestū est: ꝙ medicus de accidentibus animę curam habere debet:ne totu3 corpus a sua temperie & naturali complexione labatur & permutet̄. sequendo sententiam Galieni tertio tegni textu cōmenti.35.dicentis: Manifestum est: qm̄ abstinere oportet ab intemperantia passionū animę: scilicet irę/tristicię/gaudij/furoris/timoris/inuidię & sollicicitudinis. exterminãt em̄ hęc & permutant corpora ab ea quę est s3m naturam consistẽtia. Propterea omnia accidentia animæ sequuntur/aut eis associantur motiones spiritus interius/aut exterius. ut dicit Auicēna in secūda primi doc.2.ca.13. Et ista motio aut erit subita/aut paulatina: & ad eius motiōem ad exteriora sequitur frigiditas corporis eius quod interius existit. & fortasse si superfluit illud quod resoluitur/ subito infrigidatur corpus exterius & interius: & sequitur ipsu3 syncopis/aut mors. Propterea dicit Hali: ꝙ furor & ira faciunt accidere caliditaē superfluam: gaudiū Galienus Auicēna Hali

vero & lęticia caliditatem ęqualem: timor autem & pauor accidere faciunt frigus. Ista vero accidentia hoc faciunt mediante motu spiritus: unde corpus exiccatur. Te-
Galienus ste Galieno textu cōmenti. 26. inquiēte: Omnes animę passiones exiccant corpus. Ex quo apparet: quod animę accidentia omnino vitanda sunt: propter periculū sequēs ad subitum & fortem motum spiritus interius aut exterius. Abstinendum ergo est ab ira/ tristicia/inuidia/timore/sollicitudine & alijs animæ accidentibus/in corporibus habentibus aptitudinem ad incurrendu3 morbum mentagræ. Testis est Rasis in li. 2. ca. 9. Almanso-
Rasis. ris/qui dixit: quonia3 omnibus sanis nocumēta inferūt: exceptis his qui carnis indigent minoratione. Et firmatur hic morbus mentagræ in corporibus vexatis dictis
Nocumē accidentibus animę: permaxime quę tristata erunt: quo-
a tristi niam corpora eorum replentur humoribus melancholi-
tiæ. cis terreis. Idcirco omnia accidentia animę quę nocumēta/ inutilitates & indispositionem in corporibus inducunt sunt fugienda cum patientia animi et bona tolerātia: & cū citius possibile fuerit expellenda ac propulsanda, cu3 multa nocumenta talia & consimilia accidentia inducant. Si ergo īmoderata fuerit tristicia in frigidaru3 complexionū corporibus/corpus refrigeratur: calorque extinguitur naturalis sua in corporis interiora conuersione. Propterea tristicia omnibus est nocens corpori-
Hali bus. Hæc omnia Hali abbas quinto theoricę ca. ultimo scripsit. Hoc idem voluit Auicenna tertia primi ca. 2. di-
Auicēna. cens: Tristicia multu3 exiccat: & pigritia virtutes laxat animales. Propterea quinto de accidenti & morbo ca. 6. inquit: Quibus accidit tristicia frequenter/mortui sunt. & hoc pusillanimibus solet euenire, nā eorum calor debi-

lis atq; defecta virtute extinguit & suffocat. Similiterq; a timore caueamus: quia timor infrigidat corpora. manifestant hoc terrefacti & tremuli. Hoc innuit Galienus quinto de accidenti & morbo capitul. 6. dicens: Timor sanguine3/calorem atq; spiritum reportat ad interiora: scilicet ad suu3 originem ad cor: atq; exteriora corporis refrigerat. Et subiunxit postea: In timore virtus animæ non confortatur: neq; ad exteriora reuertitur: intantu3/ q; calor extinguitur. Ea ratiōe Galienus in libello de typo ca. iij. dixit: Timor & terror turbant virtutem/& debilitant ipsa3 non minus aliis causis. Ideo Hippocras in sexto aphorismorum apho. 23 dicebat: Si timor & pusillanimitas multū habeant tempus/melancholicu3 perficiunt. Et Galienus prīo de regimine sanitatis inqt: Oportet medicū qui sanitatē vult cōseruare/custodire ne mores animi corrūpant: ne humor melancholicus in corpe dominet: q radix & origo huius ęgritudinis dicit. Quare accidentia aīę supflua fugere debemus. Ideo dico superflua: nā aliqua accidētia aīę in ægritudinib9 certis cōcedunt. ut in ægritudine pendēte a materia frigida licet irasci moderato usu. &c. Singula aūt de accidentib9 reliquis aīæ enucleare/ & quę iuuamenta ac nocumenta in corpibus ex eis sequant/ longu3 & inutile esset hic ponere: cū ea copiosius alibi per philosophię & medicinæ Doctores tractata inuenies: quę iudicio tuo estimatiuo poteris ad pseruationē & cura3 morbi mentagrę applicare. Ex his ergo cōcludere possumus: q; omnes passiones animę fortes valde nociuę sunt & inutiles/nocumēta fortia inducentia in corporibus dispositionem promptam habentibus ad incurrendum morbum mentagrę: & permaxime morbū istum patientibus.

Galienus

Idem

Hippocr.

Galienus

Conclo.

Ca. XII. Curam docet morbi Mentagrę per varia medicinę ingenia. puta per euacuationes/ flebotomiā/pharmaca/syrupos/lotiones/balnea/ & cętera plura.

Si prudens medicus fuerit/ cām huius ęgritudinis remouere & abscindere debet/ſm sententiā Galieni dicētis: Vnū cōmune oportet pręceptū habere: efficientē unāquanq; causarū abscindere, post deinde venire ad eam quę facta est discrasiam. Hoc affirmat Auicenna. Nam vera cura est incisio causę. ut idē. ℞. primi ca. ulti. Impossibile est ut febris remoueatur causa eius remanēte. Propterea cū inuenies virtutē fortem/resistētem / tolerantem: abscinde causā & remoue humorē. Hoc Galienus prima terapenticæ ca. 11. singularissime dixit: Ad causam semper ibimus: cognoscentes q non est possibile finaliter aliquā dispositionem sanare adhuc manente causa faciente eam: cessare vero eam impossibile est manente causa. Eam ob causam omnes sapientes & antiqui medici concordant: q causa ęgritudinis sit primo remouēda: & postea ipsa discrasia abijcienda. contra irrationales & empericos/ilico ad localium applicationē procedentes. De materia vero mentagrę quomodo natura eam expellat/cū sit materia grossa/terrestris/imbibita in porositatibꝰ membrorū neruosorū / non est alia assignanda causa: nisi quia naturę forti nihil est impossibile. Rursus in libello de ęgritudinibꝰ iuncturarū ca. 18. sic scribit: Vnguenta & emplastra quando corpus fuerit plenum multis humoribus attrahunt humores ad loca magis q̄ dissoluant. Et sic breuiter dicimus: q si in ęgritudine mentagræ repletio materię antecedentis & coniunctę cōtigerit: cum euacuatione curanda erit: & p

Marginalia: Galienus — Cura vera quid. — Auicēna. — Galienus — Idem

phlebotomiã scз/& per pharmacũ:sзm q̃ signa demon strabunt. Quanto magis si ultra prędictaз repletionem: maťię morbi dicti corpus fuerit plectoricũ/ vel cacochimum. ut manifeste patet ex illo Hippocratis.2.aphorismorũ sic dicentis: Ex plenitudine quęcunq̃ ęgritudines fiunt euacuatio sanat: & quęcunq̃ ab euacuatione/ plenitudo. Vñ Galienus dicit: Neq̃ diutius ĩmorandũ est: cũ omne contrariũ suo contrario sit medicandũ. Et hoc confirmat Auicẽna quarta primi: Cũ ęgritudinis qualitas scita fuerit: erit medicina eligenda quę ei in sua qualitate sit contraria. Quoniã ęgritudo suo medicatur contrario: sicut sanitas suo simili conseruatur. Principaliter vero medici intentio in cura morbi mentagrę est digerere: euacuare: diuertere/aut ad extra ducere. In principio aũt huius morbi si materia mentagrę fuerit sanguinea/id est sanguis grossus: vel si materię mentagrę fuerit alij hũores: utputa phlegma ustuз/vel cholera usta/ vel melancholia: & fuerint permixtę/scз cum sanguine: primo incipiendũ est a phlebotomia. nisi sponte ex naribus emoroidibus siue menstruis sanguis effluxerit. talis utiq̃ phlebotomia debet fieri ĩ principio anteq̃ incipiant apparere pustulę in superficie cutis exterioris partium corporis. nã cũ materia mentagræ exierit ad extra in multa quantitate/nullo modo fiat phlebotomia. Testis est Auicẽna: Fortasse phlebotomia est mala/ propť ea quia cõuertit & repellit scз ad interiora illud quod ꝑcedit ad exteriora: & sic operať ad oppositũ motus naturę. Et hęc phlebotomia dicta directe conuenit/ propť causaз antecedentẽ: quoniã ipsa est vęhementis utilitatis & necessitatis in principio mẽtagrę: pręcipue in plectoricis. Et debet fieri phlebotomia de basilica dextra/

Hippoc[rates]

Galienu[s]

Auicẽn[a]

Medici i[n] curãdo ĩ[n]tentio.

phlebot[o]mia bon[a]

Anicẽna

mor opans ventositatē: siue fuerit apostemans/ siue nō apostemans: q̄uis sedet̄ ex euaporatiōib9 & appositione ventosarū/ dolor profecto reuertit̄: in tali casu euacua humorē ip̄3. Galienus. vi. de simplici medicina dicit: Medicinę calidę & humidę in primo gradu carentes oī stipticitate: ip̄ę em̄ digerūt & adęquant cōplexionē/& dissoluēdo euacuāt. Istę em̄ medicinæ eo q̄ augmētant calorē naturalē/qui est instrumentū naturę/sedant dolorem. nā aucto calore naturali/ab ipso separat̄ mala cōplexio /quęcunq̄ sit illa faciens dolorē: & ip̄m curat & remouet. Vt sunt medicinę sequentes. Semen lini/anetum/maluauiscus/camomilla/adeps gallinaru3/vitellus oui/fumusterrę/corona regia/crocus/cīnamomū/ laudanū/rapa cocta & emplastrata/aqua calida & tepida/ oleū camomillę/& aneti: & totu3 id qđ fuerit in gradu istoꝝ in caliditate & humiditate. De maluauisco aūt dicit Rasis: q̄ mitigat dolorē/cum forti violētia ꝓhibēdo q̄ nō fiat apostema: et dirigit neruos extortos: et dissoluit. Hoc idē oleu3 de camomilla: & oleu3 aneti: & sucus uuarū. Et oīa unguēta maturatiua mitigāt dolorem. Et cū his cōputare poteris semen appij. Mollificātia v̾o & tpate resoluētia mitigāt dolorē: q̄a molliēdo resoluunt: ut anetū/semen lini/mellilotū/camomilla/semen appij/ amigdalę amarę: & oēs res in primo gradu calidę. Admistratio aūt taliu3 certis cōditionibus fiat. utputa post euacuatone3: si euacuatio fuerit neccīa.

Galienus

Medicinę sedantes dolorem

Rasis

Vnctiones & emplastra doloꝝ mētagrę sedatiua. In cā frigida valet emplastrū cōfectū ex farina semīs lini/mellilotí/aneti/& florib9 camomillę/fenigręci. incorporetur cū oleo de camomilla. applicetur actu calidum. Si maťia fluēs fuerit frigida: euacuet̄ ut decet: nō una vice tm̄/īmo iteratis vicib9. nam melior est multiplicatio

Emplastrū in cā frigida.

tur: & cum dicta colatura coquantur radices & camomilla. fiat emplastrum ut decet.

Si vero materia esset valde frigida/ utere hoc ungnento. Recipe piretrij. ℥.ij. castorei/piperis ana.ʒ.1. olei costini quantũ sufficit. misce. fiat unguentũ. Et quia valde forte est: ideo alternatis diebus inunganť membra dolẽtia cum dialtea/vel cum marciaton. Et in hoc casu Auicẽna laudat emplastrũ de stercore vaccino remota plectoria. distempereť cum lixiuio. Et hoc pro rusticis. Vnguentum in cã valde frigida

Ad dolores aliud expertũ. Recipe radicũ cucumeris asinini/iusquiami per mediũ diuisę p longũ ana. lb. ij. olei cõmunis. lb. vi. vermiũ terrestriũ in vino suffocatorum sexaginta numero/vini rubei quantũ sufficit: puta quartam ptem lb. hęc omnia coquanť ad consumptiõeꝫ vini & quartæ partis olei. colenť: & usui reseruenť. Ex quo actu calido in exitu stuffę inuganť loca dolentia. hocꝗ fiat ante prandiũ/& ante cœnã. Et si dolor in nocte infestat/fiat iterum: corpore prius purgato. Ad dolores aliud

In causa calida dolorem inducente valet istud unguentum. Recipe pinguedinis pulli & annatis recentiũ/ butyri recentis/et adipis porci recentis/ cærę albę ana. ℥.1. olei camomillini/anetini/amigdalarum dulcium/mellis ana. ℥.5. mucilaginis/altęę/seminis lini/& fęnigræci ana. ℥.ij. misce: fiat unguentum ut decet. In cã calida unguẽtum.

Galienus secũdo de interioribꝯ/& Rabbi. xij. particula suoꝝ aphorismoꝝ: cũ dolor est in pelliculis ossa circum dantibꝯ/sentitur dolor in interioribꝯ corporis/ & in ꝓfundo membri in quo est. & imaginanť: ꝙ dolor sit in interioribus ossium suoꝝ. hac de causa iste dolor ab aliquibus vocatur perforatio. Galienus Rabbi

Alud pulchruꝫ doloris sedatiuũ in materia frigida. Fiat Sedatiuũ

Aliud ſedatiuū dolorꝶ. Recipe butyri recētis/olei violati ana.℥.i.aſſungię gallinę/ānetinę/anſerinę/ medullę bouis omniū recentiū ana.℥.vi.fiat unguentum cū cęra: & valet in doloribꝰ membrorum neruoſorum. Sedatiuū doloris.

Pręťea oleū de vitellis ouorꝶ eſt ſꝫriſſimuꝫ in doloribus dictis.ut Guido dicit.Galiēus ī.ij.pharmacorꝶ: Oīa hęc medicinalia & ſimilia ſedāt dolorē facta euacuatiōe ꝓprie ꝑ flebotomiā:ſi dolor ſit fortis & de maťia ſanguinea.nā flebotomia ſedat dolorē vera ſedatiōe:cū cām cito remoueat. & de hoc inť Doctores nō eſt cōtrarietas. Guido Galienus

Eſt etiaꝫ neceſſariū:ꝙ poſt unctionē factaꝫ cū unguēto vel oleo in mēbro dolenti/poſt duas vel tres horas mēbrū doloroſuꝫ unctum iterꝶ ſuauiť exiccetᷣ: ut res unctuoſę ꝓueníētes ab unguēto vel oleo remoueanť:ut illud mēbrꝶ dolēs nō maneat opilatū:& maťia talis cōiuncta nō euaporet/& diſſolui ſenſibiliť vel inſenſibiliť poſſit. Poſt unctionem quid faciendum.

Ca.XVI.unguēta/gargariſmata/& certas lotiōes ordinat:& quę ſit natura argenti viui docet.

Habuiſti ſuꝑius multa emplaſtra & unctiōes cū quibꝰ hos dolores fortiſſimos curare poteris ꝑcedente purgatiōe & digeſtiōe:ſꝫ quia maťia aliqñ eſt adeo ībellis/ ut narcoticis uti opꝫ:& lꝫ multę et diuerſę cōpoſitiōes unguentorꝶ inuentæ ſint ſcriptę a Raſi/ab Auicēna/& ab alijs doctoribꝰ antiquis & modernis/ꝑcipue a Gordonio & Guidone/ꝗ curāt oēm ſpēm ſcabiei / & valēt ad ſcabiē fędā & pruritū: in quibꝰ unguētis ꝗſi oībꝰ ingrediť argentū viuū/extinctū cū ſaliua hoīs ieiuni: & mirabilē faciāt opatiōnē ī hoc morbo mētagrę et eiuſ accidētibꝰ doloroſis:ego tñ nō cōſulo uſū unguētorꝶ in qbꝰ īgrediť ar.vi.niſi magna cū cautela fiāt/& in debita ꝗnti tate cū ſuis beſoarticis, nā nocumētuꝫ aliqñ iuuamento

ſuperius nominati: q̄ eſt calidum & ſiccū in quarto gra du: per rationes aſſignatas. Verūtamen argentuȝ viuuȝ minerale ſimplex eſt frigiduȝ & humidū. Et ſic bene di xit Auicenna in ſecūdo canone/ q̄ eſt frigidū & humi dum. ut ſuperius fuit probatū. & Princeps allegatus ſe ptima quarti: Et perducit ad epilentiā. Probatur etiā ra tione eius frigiditas: quia valde ponderoſuȝ eſt: & pon deroſitas frigiditatē oſtendit/ & non caliditatem. Pro pter diſcordiam ergo & controuerſiam inter Doctores de argento viuo/ licet eo uti cum cautela & cuſtodia. Arg̃e. vi. minerale Auicēna.

Prӕterea ſcire debes: ſi ea quӕ ſupius ſunt a me dicta fue rint diligenter obſeruata: puta q̄ in prmis ſit facta dige ſtio: poſt euacuatio/ diuerſio/ & membrorꝫ cōfortatio: prӕterea regimen circa ſex res non naturales fuerit dili genter obſeruatū: & adhuc non fuerit ӕger a doloribus & puſtulis liberatus: tūc cum cautela licet facere inun ctionem cum unguentis inferius deſcriptis/ in partibus membrorꝫ ubi dolor fortiſſimus ſit. Aut ungantur ptes domeſticӕ brachiorꝫ/ crurium. Et p̄ iſtas unctiones for taſſis remouebitur dolor/ & tollent̄ puſtulӕ. Et hoc ex perientia viſum eſt: quia multi paſſi mentagrā cum do loribus/ unctione unguentorꝫ inferius deſcriptorꝫ ſana ti ſunt perfecte: & poſtea nunq̄ paſſi ſunt mentagraȝ / nec dolores. Et ego credo huius cauſam fuiſſe paucita tem materiӕ antecedētis & coniūctӕ: quare calor natu ralis reuocatus ad interiora membrorꝫ propt̄ unguenti narcotici unctioneȝ fortis factus fuit/ ad reſoluendū vē toſitatem & materiā imbibitā/ coniunctā in poroſitati bus membrorꝫ neruoſorꝫ: ſi pauca fuerit & apta reſolu tioni ſenſibilis vel inſenſibilis. Si v̄o multa materia ſtete rit: non ſequetur iuuamentū/ imo nocumentū in dolori Epilogus dictorum Vnctiōes q̄re libe rent

tur ordo. Primo patiens accipiat medicinā minoratiuā3 vel lenitiuam. utputa ꝗs ordo ſ3uādus.

Recipe electuarij lenitiui/diacaſſię ana. ʒ. vij. confectionis Hameck. ʒ. i. ſ. fiat bolus cum çucaro. Die ſequēti patiens accipiat ſyrupum: utputa de fumoterræ/de ſtikados: cum aquis endiuię/fumiterrę/lupulorum ana quātum pro doſi ſufficit. Medicię lenitiuę. Syrupus

Tertia vero die facias inungi cum unguēto inferius ſcripto/omnes partes domeſticas tibiarum/& brachiorū/ & plantas pedum/et palmas manuū: parum apponendo de unguento. & hoc quando patiens vadit dormitum. Et de mane etiā accipiat ſuū ſyrupum: ita ut ſexta die ſint accepti ſex ſyrupi/ & ſint factæ tres unctiones. Et tunc dabis medicinā ſolutiuam: ut humores qui per os expelli deberent ad inferiora diuertantur. & ſic nocumentum in ore euitabitur. In diebus autē ſequentibꝫ ſimili modo utaris/fortificando aliqualiter digeſtiuū3. ut dando ſyrupum de epitimo.

Recipe butyri recentis. ℥. i. ſ. aſſungię porci medię inter recentem & antiquam. lb. ſ. tyriacę ętatis decem annorum. ʒ. vij. mitridati. ℥. ſ. argenti viui. ʒ. vi. litargirij. ℥. ſ. ſalis. ℥. ſ. fiat unguentum in bona forma. Vnguēt

Vnguentum aliud. Recipe aſſungiæ porci recentis. ℥. ſ. terpentinę de pino/litargirij auri/ceruſę ana. ʒ. i. argenti viui extincti cum ſaliua hominis ieiuni. ʒ. ij. olei roſati ꝑfecti. ʒ. i. olei laurini. ʒ. vi. ſuci acetoſitatis citri quantum ſufficit. fiat unguentum. Aliud.

Aliud. Recipe litargirij. ʒ. iij. tartari. ʒ. ij. argenti viui extīcti. ʒ. iij. ſ. ſuci celidonię/fumiterrę/ſcabioſę/ lapaci acuti ana. ʒ. i. ceruſę lotę. ʒ. ij. & cu3 aſſungia porci antiqua & pauca fęce aceti fortis fiat unguentum. Aliud.

Vnguētū Aliud. Recipe terpētinę/masticis/olei petrolei ana. ℥.5. olei vulpini.ʒ.ij.unguenti agrippę/ dialtę ana. ℥.5. pinguedinis ursi.ʒ.v.pinguedīs gallinę.ʒ.ij.resinę pini.ʒ.vi. cerusę/argēti viui ana. ℥.5.pīguedinis porci. ℥.1.5.aquæ vitę.ʒ.vi.fiat unguentum in bona forma.

Aliud ꝑ pustulis Ad pustu las. Recipe terpentinę/pinguedinis hyrci ana ℥.1.cerusę/litargirij auri/aluminis usti ana. ℥.5.olei laurini. ℥.ij.cęrę q̄ntū sufficit.fiat unguētū:ungat̃ ubi optet.

Aliud. Aliud. Recipe vini albi.lb. 5.olei rosati.ʒ.iij. terpentinę ℥.5. litargirij auri.ʒ.ij.5.cerusę.ʒ.1.5. cæræ albę quantum sufficit.fiat unguentū molle hoc modo. Bullianť singula in vino cum oleo & cęra ad consumptionem vini: & ungatur ubi oportet.

ꝑ scabie Vnguentū pro scabie. Recipe terpentinę bn̄ lotę. ℥.iiij. butyri loti. ℥.ij.salis.ʒ.1.suci citrangulorū/ vitellorū ouorum ana numero.iij.olei rosati. ℥.1.misceantur omnia simul.fiat unguentum.

Aqua mirabilis Aqua mirabilis in hoc morbo. Recipe aquę plātaginis lb.5.argenti sublimati.℈. iiij.aluminis crudi. ℥.5. puluerisanda pulueriçenť/& misceanť. & in ista aqua intingatur penna: tanganť pustulę/in paucis diebus cadent.

Alia Alia aqua. Recipe tartari albi vel rubei/canforę/aluminis/rocę ana. ℥.5.argenti sublimati.ʒ.1.pulueriçenť subtiliter/& bullianť in aqua rosata/borraginis/fumiterræ ana. ℥.5.bullianť ad consumptiōem tertię partis. laueńt ubi oportet bona cum cautela & discretione. Verū si curare poteris cum alijs ingenijs prætercꝙ cuʒ unctionibꝫ & lotionibus /laudo & cōmendo.nam iuuamenta eorum aliquid nocitiui in se continent.

Et quia ut in plurimū contingunt nocumenta oris in dicto morbo/quare gargarismata sequuntur.

Recipe rosarum albarũ et rubearũ ana.m.5. camomillę/ saluię ana.m.1.bullianť in vino/& colenť:cui colaturę addãtur aluminis usti.3.ij.diamoronis.℥.1. mellis rosati colati.℥.5. vini granatorũ.℥.ij.vel loco vini granatorũ ponatur aqua plantaginis/solatri/scabiosę/vel sempuiuę: lauetur os in die sępe. Gargarisma p oris nocumento

Ad idem.Recipe aquę prunellę.lb.1.5.diamoronis/rob nucum ana.℥.1.mellis rosati.℥.ij.5.misce. Aliud.

Ca.XVII.in quo ostendiť/ propť quã causaȝ dolores in hominibꝫ patientes mentagrã lõgo tpe durant/& difficulter absoluunť.

In morbo pręfato mentagræ quandoqꝫ per longum temporis spacium dolores membrorum non absoluũtur:imo magis ac magis cruciãt & infestant ipos patiẽtes: & multotiens in eis sequũtur humores in membris dolorosis ad extra apparentes / cum aliquali duricie & pauco sensu doloris ad tactũ. Qui tumores sunt de materia coniuncta melancholica / existente in porositatibus membrorum neruosorum.Et ad hanc materiã extrahẽdam ad extra/vel ipaȝ resoluendã sensibiliter vel insensibiliter multa diuersarũ medicinarũ remedia supius scripta fuerunt/quę quandoqꝫ non sufficiũt ad perfectã curam dictorum accidentiũ: propť id/qꝫ talis materia est facta magis terrea / & magis ac magis adherens in dictis porositatibꝫ membrorum neruosorum:ideoqꝫ difficulter curatio sequitur.Videtur ergo mihi aliud ingeniũ curationis non inutile/quod valde ipam materiã coniunctã extrahit sensibiliter ab ipis porositatibus membrorum. Sed quia multotiẽs in ulceribꝫ & apostemetibꝫ malis & pustulis nõ sufficiunt prędicta curatiua / nec regimẽ et potio p medicinã: necessariũ est medico uti cauterięatiõe.

Cauterij utilitas

Quia cauteriçatio est medicamē valde utile/ iuuans ad prohibendum ne corruptio spargatur: & ad confortandum membrū cuius complexionē volumus rectificare: & ad resoluendū materias corruptas in membro retentas: & ad restringendum sanguinis fluxum. ut Auicēna

Auicēna.

quarta primi ca. xxix. dixit. pro intelligentia tamen dicendorum est notandum: ꝙ cauterium resoluit materias corruptas. Et medicinę quoq; caustice resoluunt: licʒ

Cauterij drīa a medicīa caustica

differenter. quia cauteriuʒ resoluit eas subito: medicinæ vero causticę paulatine faciunt illud. Ideo quandoq; est necessaria subita resolutio & cōsumptio alicuius humiditatis male retentę in membro: ex cuius retentione hesitatur de mēbri corruptione. ubi cauterio uti debemus

Cauteriū resoluit humiditates dupl'r

resolutiuo. Cauterium aūt resoluit tales humiditates retentas in mēbro dupliciter. uno modo occulte: alio modo manifeste. Occulte quidē/conuertendo humiditateʒ in formā vaporosam/ quā ex membro virtute caliditatis ignee eleuat/& exhalat & manifeste resoluit. sicut si sanies fluat/& euacuetur per aliqđ orificiū: cuius euacuationis manifesta causa fuit cauteriū. Posset aūt quis dubitare: exquo ista cauteriçatio fieri debet cum igne / vel cum medicina caustica: quę sit melior & securior: an illa quę fit cum igne: an illa quæ fit cum medicina. Ad hanc

Cauteriū ignis melius medicinali

dubitationē dicenduʒ est: ꝙ regulariter melior est ut in pluribus cauteriçatio facta cum igne/ꝙ̄ cuʒ medicinis. Et ratio est: nā cauterium cum igne facit iuuamentuʒ in membro infirmo/absq; hoc ꝙ noceat ei et mēbris alijs. quę sunt sana. Cauteriū autē cum medicina multotiens efficit magnū nocumentuʒ ipī membro infirmo & alijs membris sanis. nā aliquando in eis facit accidere ægritudineʒ difficilis curationis. Et causa huius tota dependet

ex subtilitate & simplicitate & acuitate substātię ignis. Cuius contrariū efficit medicina caustica ex grossicie et terrestreitate & cōmixtione substantię medicinę caustice. nā talis medicina ad actum suę operationis paulatim deducit̃: & dolorē pręstat tempore longo. quia figit̃ ꝓpter grossiciem eius: & in membro ebullitionē inducit ī humoribus: et propter dolorem ꝑseuerantē facit humores currere versus loca propinqua: & ebulliunt & putridi fiunt. & si transmutantur ad cor/causant febrem.

Ad ampliorē declarationē supradictoꝝ nota: ꝙ cauteria actualia sunt securiora ꝙ̄ potētialia. ut Albucasis inquit. ex eo: quia actualis ignis est simplicior/et minus lędit partes vicinas & mēbra principalia/ꝙ̄ actio ruptorij/quę membris est multum suspecta. Nisi esset in casu in quo patiens propter eius pusillanimitatem non esset ausus suscipere ignem. aut in casu in quo vellemus facere cauteria ad euacuandum & diuertendum. tunc enim ruptorium propter dolorem & scaram grossam quā dimittit debilitando locum/maiorē prouocat fluxum. Et ꝫm Albucasim / cauteria actualia competūt in omnibꝫ dispositionibus: pręcipue humoribus: qui licꝫ non contrarientur per se / contrariantur tamen accidentaliter ꝑ remotionē causę. Nam cauterium est necessarium auxilium in confortando sanitatem/ & extirpando ęgritudinem. tenet eīm locum uniuersaliuꝫ euacuationum. ut flebotomię & purgationū in hominibus: & cū hoc reliquias prędictarum euacuationū corrigit & emendat ꝑmaxime in ęgritudinibꝫ fortibꝫ & malignis. ut Rabbi Moyses. vi. epidi. dixit. Et latere te nō debet: ꝙ uses euacuatiōes cauteriū actuale vel potētiale ꝑcedere debēt. ut flebotomia/vel pharmacia: ꝓut prudenti videbit̃ medico.

Cauteriū actuale securius potentiali albucasis

Idem

Cauterij neccītas.

Rabbi

Pręterea attētione dignum est pro curatione & vera re motione doloris accidentis in hoc morbo mentagrę ali quas utilitates cauteriorū notare. Primā ponit Auicenna ad confortationē membrorū. calefacit em̄ cauteriuȝ actuale: & deficcat mēbra/quę ut plurimuȝ a frigido & humido humectant. Propt̄ hoc dicebat Hippocras au ctoritate Galieni quarto terapenticę: Siccū sano est pro pinquius. Alia utilitas est ꝫm Doctores/ad resoluendū materias coartatas in membris. Et istā pręcepit Albucasis: ꝙ fiat in guttis/& in cefaleis/& in fortibꝫ doloribꝫ. Alia utilitas/quā appropriat Arnoldus ad euacuanduȝ et diuertendū fluxus inueteratos oculorū/& totius cor poris. Et isto modo fiunt setones & cauteria retro col lum/& in fontinellis lacertorū/ubi lacertus a lacerto dis tinguitur: aut sub eis ad duos vel tres digitos iunctura rum. ut scripsit Guido. Concludo ergo: ꝙ istæ utilitates sunt necessarię ad curationē morbi mentagrę/& in ac cidentibus dolorosis. Nā propter cauteriū/ pręcipue ac tuale confortatur membrū/& resoluuntur humiditates coartatę in membris sensibiliter vel insensibiliter: & di uertuntur & euacuantur fluxus inueterati in membris. Verūtamen cum cauterijs dictis in extremitatibꝫ mem brorū dolorosorū admīstratis ut decet/ fit mitigatio do loris eiusqꝫ curatio. Et hoc sępe experientia demonstra tum fuit. nam in quibus pustulę magnę expulsę fuerunt a natura in extremitatibus mēbrorum dolorosorū exi stentes apertę/dantes virulentiā multā: fuerunt in cau sa curationis istoꝝ dolorum. Si vero claudat̄ effusio illi us virulentię/redit dolor. Quare oportet ip̄as pustulas si in extremitatibus membroꝝ fuerint/diu apertas tene re: ut fluant per multū tēpus/usqꝫ quo tota materia cō

Margin notes: Cauteriorum utilitates — Auicēna. — Hippocr̄ — albucasis — arnoldus — Guido — Conclo. — Cautela bona

iuncta euanescat. Sicut a me visum fuit in pluribꝫ hominibus Romę/& Bononię/& etiā in Germania/patientibus hunc morbū cum doloribꝫ. Proptera si natura hoc non fecerit/medicus iuuare naturā debet. Naꝫ si dolor est in sūmitate capitis/& in ūtibꝫ anterioribꝫ: ut fronte & oculis: in posterioribus partibꝫ capitis administrent cauteria actualia/vel potentialia retro colluꝫ in fossa: ad diuertendū illas materias coartatas superiorū partiū capitis. Innuūt tamē glosatores qui viderunt quendā medicum maxime approbatum: ꝙ cauteria ibi facta/et lōgo tpe dimissa / apta curare maniacos & vertiginosos. ut dicit Guido. Et confirmat hoc per Galienū. xiij. terapentice dicentē: ꝙ ventosa super occipitiū facta nobile est auxilium reumatis oculorum. quanto magis cauterium. Concluditur igitur: ꝙ in doloribꝫ mentagrę et ptium capitis conueniens auxiliū cauteriū dicit. Q si dolor fuerit in membris faciei & partium colli: & in membris thoracis sub furcula/vel sub asellis fiat cauteriū/ vel in brachijs per tres digitos de iunctura ubi lacertus a lacerto distinguitur. Si autem dolor fuerit perseuerans in inguinibus & coxis & genubꝫ & tibijs: fiāt cauteria in fontinellis sub genu ad tres digitos ubi lacertus a lacerto distinguitur. Sed melius est facere in fontinellis inferioribus partiū tibiaruꝫ ubi lacertus a lacerto distinguitur. Si vero dolores in omnibꝫ partibus superiorꝶ membrorum & inferiorū corporis per diuturnū tpis spaciuꝫ morbi apparuerit: tūc cauteria fieri poterūt in fossa colli/& fontinellis brachiorum/ etiamꝗ in genu/vel fontinellis tibiarū. Verumtn̄ quę/ & cum quibꝫ securius fiāt cauteria/& de modo applicandi/atꝗ alia necessaria relinquimus iudicio estimatiuo medici prudentis.

Applicatio cauteriorum

Guido

Galienus

Tractatus de curãdis ulceribus/Vuendelini hock de Brackenau/artiuꝫ & medicinæ Doctoris studij Bononiensis approbatissimi.

Ca.I. Quid ulcus: & de duplici causa solutiõis continuitatis: intrinseca scꝫ & extrinseca.

Vlcus unde: & qd. Vlcus dicitur ab oleo: quia olet. Et est solutio continuitatis/accidens carni cum putre. Vel ulcus est plaga putrida. Causę solutionis continuitatis aut sunt extinsecę: aut intrinsecę.

Cãę solutiõis continuitatis duplices. Extrĩsecę

Causę extrinsecę sunt/sicut corpus extendens membrũ donec separet̃ eius continuitas: ut funis / vel simile. aut res ponderosa cũ eleuatur/ aut mouetur/ vel defertur. aut res incidens: sicut gladius. aut contundens: sicut lapis. aut quod pungit: sicut acus/ vel spina. aut quod mordicat: ut canis. aut quod perforat: ut sagitta. aut quod urit: sicut ignis / vel medicina caustica. Et ad has causas potest reduci vermis sub cute generatus/ vel in ulceribus: aut lũbricus in stomacho vel intestinis existens.

Intrĩsecæ

Causę vͦo veniẽtes ab intrinseco sunt/sicut humor comedens & adurens: aut humor pungens. qa soluit continuitatẽ mẽbri sua acuitate & penetratiõe. Aut est humor humectãs & laxans ptes mẽbri: quare est cã per accidens. quia una ps laxa separat̃ ab alia: vel qa sua humiditate est cã putrefactionis mẽbri. Aut est humor siccus/scindens sua siccitate crepaturas & fixuras ingrediendo membrũ. Aut humor frigidus/constringens & trahens sua frigiditate ptes: in qua cõtractione separantur alię ab alijs. Aut humor calidus/calefaciens et dilatãdo soluens. Aut cã eius est humor multus/sua multitudine extẽdens/& extẽdendo separans & soluens. Aut

est humor qui non extendendo/s3 constringendo mouetur: & constrictus grauat partes membri petentes locum infimum: & ita separātur & soluuntur. Aut est humor penetrans in partes membri forti motu: & fortitudine motus fit penetratio partiū quarundā sese abinuicē separantiū. Aut est vētositas extendens. Aut est aliquod corosiuū. ut sanies in exitura. et sicut urina acuta: aut lachryma mordicatiua: aut catarrus corosiuus. Causę vero adiuuantes ad faciendam solutam continuitatē sunt/motus fortes virtutis expulsiuę in expellendo nocitiuum violento impetu.

Ca. II. Quæ cōsideranda sint principaliter medico circa morbos.

Medicus volēs curare unūquenq3 morbum debet cōsiderare: Primo res prętemnaturales: Secundo res naturales: Tertio res non naturales. Et lic3 res pręter naturā sit triplex: morbus/causa/& accideus: quę indicant auferri: tamē principalis intentio morbi sumitur a morbo: scilic3 ab eius essentia. testatur hoc Galiēus tertio tegni. Quare in ulceribus intentio curatiua erit sumenda a supradictis tribus rebus generalibus principaliter: & generaliter a re pręter natura3: primo a morbo/secundo a a causa/tertio ab accidente. Secūdario vero a rebus naturalibus: & principaliter a natura & virtute corporis / seu membri. Tertio a rebus non naturalibus: & principaliter ab aere.

Medico cōsiderāda

Galienus

Ca. III. Quattuordecim cōditiones ponit in curandis ulceribus attendendas.

Et utrum ulcus sit facilis vel difficilis curationis / nota quattuordecim cōditiones. Prima est figura ulceris. na3 ulcus rotundum difficulter curatur; longu3 ꝟo faciliter. I

II Secunda eſt ſimplicitas vel cōpoſitio. nā ſimplex ulcus
III faciliť curať: compoſituꝫ vͦo difficulter. Tertia eſt ulcus
cum deperditione partis membri organici. & tale diffi-
IIII culter curatur. Quarta eſt ulcus cum duricie: & tale dif
V ficulter curatur. cum nō totali mollicie/faciliter. Quinta
eſt deperditio ſubſtantię/vel eius nō perditio. nā ulcus
cum deperditiōe ſubſtantię cum difficultate curatur. Se
VI xta quando ulcus eſt in mēbro exangui/ſeu carēte ſan-
guine. tale em̄ difficulter curatur. contrariū accidit ſi mē
VII brum nō ſit exangue. Septima eſt nobilitas mēbri/aut
eius ignobilitas. nam ſi ulcus eſt in aliquo membro no-
bili/eius curatio eſt difficilis/aut impoſſibilis. ſecus autē
VIII accidit in membro ignobili. Octaua eſt: ſi ulcus fuerit in
membro ſubtili. ut in panniculis/veſica. tale difficulť cu
ratur. Si vero fuerit in membro groſſo/faciliter: ſi in me
IX diocri/mediocriter. Nona eſt motus membri & ipſius
quies. nā motus membri ulcerati impoſſibilitateꝫ & dif
ficultarem facit. ut patet in pulmone/& arterijs/& dia-
X fragmate. quies vero facilitatē facit curę. Decima eſt in-
ceſſus ſuꝑfluitatum ſuper membrū ulceratū. nā earꝫ in-
ceſſus difficultatē operatur. ut patet in meri/ſtomacho/
XI inteſtinis/veſica/matrice & virga. Vndecima: quando
corpus eſt repletū multis ſuꝑfluitatibꝯ. ut ſunt corpora
cacochima. in talibus em̄ ulcera ſunt difficilis curatiōis.
XII Contrariū accidit corporibus mundis. Duodecima eſt/
quando non poſſunt debitę ulceribus medicinę appro
XIII ximari. Decimatertia eſt ſitus membri in alta vel infima
parte corporis. nā ulcera in mēbris ſuꝑioribꝯ faciliť cu-
XIIII ranť: quę vͦo ſunt in inferioribꝯ/difficulter. Decimaq̄rta
eſt profunditas. nā ulcus profundū cum difficultate cu-
ratur: non profundū vͦo faciliter.

Ca.IIII.De triplici regimine curandorũ ulcerũ.

In cura ulcerũ utimur triplici regimine: scilicet uniuersali/particulari/& q̃d est cõmune utriq;. Regimen uniuersale complet̃ cum quattuor intentionibꝫ. Prima est euacuatio. Secunda diuersio. Tertia regimẽ mẽbri mittentis. Quarta fluxus interceptio. Prima intentio completur cum euacuatione s3m q; oportet. Nã si est repletio in toto/fiat euacuatio a toto aut per plebotomia3/si opus fuerit: aut cum solutiuo appropriato. & si opus fuerit iteretur minorando/digerendo/eradicatiue euacuando. Et quando diuertimus maxima est habenda sollicitudo loci/& satietatis. Pręterea si materia est in fluxu: diuertimus ad ptem contrariã primo. secundo ad partẽ colligatam. tertio cum rectitudine aspectus. quarto cu3 debita elongatione. Materia v̾o non fluxa/ nec existente repletione / potest fieri diuersio per membrum ꝓpinquum & associatu3. In diuertendo quoq; non trahatur materia/pręsertim mala ad membrũ principale/ita ut in eo figatur vel remaneat. Tertia intentio est rectificatio membri mandantis. Et quia plura sunt membra quę possint materias mandare ad membra ulcerata: idcirco cũ maxima sollertia inquirere debes membrũ mandans. & quia ut plurimũ est epar: & maxime quãdo est distemperatũ: quare eius discrasia corrigenda erit. Similiter potest esse stomachus per viã indigestionis & cõgregationis materierũ flegmaticarũ. & si contigerit in eo reperire discrasiam calidã per se/vel per colligantiã: ita ut multiplicent̃ materię cholericę nõ naturales. sicut contingit cũ in eo generatur cholera prassina. tunc nõ est dubitãdum quin talis materia possit transmitti ad membra ulcerata. Non minus & cerebrũ has materias potest mã-

Regime[n] uniuersa[le]

euacuati[o]

Diuersi[o]

Mẽbri re[c]tificatio

.3.ij.sarcocollę.3.iiij.olibani.3.1.misce.fiat puluis subtil.

Si autem velles incarnare & mundificare. Recipe resinæ/ceræ ana.3.ij.terebentinæ.3. iij.thuris /masticis ana .3.1.myrrhę/sarcocollę/mumię ana.3.iij.5.olei masticini/ mellis rosati colati ana. ℥.5.farinę hordei.3.ij. misce. fiat unguentum ut decet. unguētu incarnat uū & mū dificatīu

Si vero ulcus esset multarum humiditatū.Recipe mellis.lb.1.coque ipm donec inspissetur.Deinde proijce super ipsum myrrham/sarcocollam & aloes/ omnibꝰ subtiliter pulueriçatis.misce.fiat unguentnm.exiccat mirabiliter: & incarnabit. Ad ulcu multaru hūiditati

Si vero ulcus fuerit difficilis cōsolidationis/ & vis in eo carneȝ generare.Recipe litargirij/scoriaȝ ferri/ centaurę mīoris/aloes/thuris/masticis ana.3.ij.misce.fiat puluis. Ad ulcus difficil cō solidatōi

Vnguentum aliud preciosum mundificans ulcera a virulentia & sanie/carnem generans & consolidans.Recipe olibani/masticis ana. ℥.1.myrrhę/ resinę ana.3.vi.terebentinæ. ℥.iij.cerę. ℥.vij.olei rosati / camomillini ana .3.x.vini rubei optimi / aceti ana.3.vi. infundantur gumi supradicta in vino & aceto calido per dieȝ & noctē. Postea dissoluantur in caciola:& addatur cęra & oleū: & coquantur usqꝫ ad consumptionem duarum partiuȝ vini.Deinde extrahantur:et cum oleo & mastice malaxentur/& fiant magdaliones.& intituletur:Vnguentū preciosum. Vnguētū p̄ciosum

Si vero ulcera talia prouenirent ab humoribus acutis / corrosiuis & corruptiuis:& ꝙ essent cācrenosa/seu herisibyllata:in tali casu utere hoc unguento mitabili intitulato.Recipe litargirij despumati. ℥.iij.thuris/myrrhę/ ana.3.iiij. plumbi usti. ℥.1. unguēti de cerusa.lb. ij. & in mortario plūbeo p horam agitentur.& usui resȝueī. ad ulcera cancreno sa.

Cōtra pustulas ulcerosas/fistulas/ & cancrum. Aliud unguētum pro pustulis ulcerosis/ fistulis/ & cancro. Recipe nitri/fuliginis/litargiri/tartari/ auripigmenti/piperis/olibani/vitellorum ouorum ana. ℥.ij. radicis ēnulę/lapaci acuti in forti lixiuio cocti ana. ʒ.1.5. suci fumiterrę/suci lapaci acuti et absinthij/celidonię/ēnulę/sabęgręcę/abrotani: de omnibus his sucis ana. ℥.1.5. elleboris albi/saponis saraceni/sulphuris ana. ℈.1.5. omnes suci bulliantur: depurentur & colent. Et postea radices lapaci/ ēnulę tritę ponant. deinde sapo. postea puluis specierū. & tandē addę olei cōmunis/assungię porci & cærę/argenti viui cum assungia extincti ana. ℥.5. fiat unguentū. Si vero ulcus esset cū mala cōplexiōe/calida/ & carne addita: utere tripharmaco. cui addes cerusam & canforā. Si vero intentio tua fuerit consolidādi ac sigillandi/ utere hoc unguēto.

Ad cōsolidandum. Recipe sarcocollę/aloes/ sanguinis draconis/thuris ana. ʒ.5. scorię ferri pparatę. ℈.1. viridis eris grana sex. dissoluant in aceto non multū acuto.

Ca. VI. docet curam ulcerum sordidorum.

ulcus sordidum. Vlcus sordidum est plaga cum sordicie/ seu putredine. Causę istorum ulcerū sunt humores/siue humiditates sanguinis praui/grossi/ebullientis. ex qua ebullitione adepti sunt venenositatē: & deinde generant ulcera mala/ difficilis curationis. Cura complet obseruatis conditionibus his.

Cōditiones curæ. Prima est corpus purgare. Secunda est vitam ordinare. Tertia est sordiciem remouere. Quarta est incarnare. Quinta est locum consolidare.

Absterriuum. Absterriuū bonum conficitur ex melle. & fortius operatur si addatur parum fellis/aut urinę pueri.

Carnis reparatio. Sucus hederę/vel astrologiæ remouet carnem corruptā & generat nouam.

Absterriuū facile/absque mordicatiōe mūdificans & se-

dat dolorem. Recipe farinæ hordei/vel ſpeltæ/& miſce cum vitellis ouorũ & pauco melle roſato colato. & ali qui non ponunt mel: & ſedat magis dolorẽ/ſed minus abſtergit.

Abſter uũ facil

Aliud. Recipe farinę hordei. ℥. iij. decoquatur cum duabus partibus aquę/& una olei roſati donec fiat ad modum emplaſtri. Et ſi ulcus eſt in mẽbro carnoſo / addatᷣ parum terpentinę non lotę. Et ſi fuerit in neruo/tunc ad datur terpentina lota. deponatur ſtatim ab igne. & bene incorporetur.

Aliud

Aliud. Recipe mellis cocti. lb. 1. thuris. ℥. 5. myrrhæ. ℥. ij. bene miſceantur.

Aliud

Aliud quod digerit & mundificat ulcera maligna. Recipe ſuci apij. lb. 1. mellis. ℥. ix. farinę hordei. ℥. iij. coquantur ad ſpiſſitudinem. Et ſi ulcus calefieret/addatur de ſuco plantaginis. Et ſucus abſinthij ꝑmixtus in dicto emplaſtro non ſinit ulcus infiſtulari. Et quandoq; additur farina lupinorũ/vel orobi: ad maiorẽ mũdificatiõem. Et quãdoq; additur myrrha/ad tollendũ fetorẽ in ulcere.

Aliud di geſtiuu & mun ficatiuu

Vnguentum de gumis / mundificans ſaniem groſſam. Recipe galbani armoniaci/reſinæ/ terpentinę/picis naualis/ſepi vaccini/olei antiqui/ & cærę ana partes ęquales. & diſſoluantur gumi in aceto. deinde omnia liquefiant ad ignem. conficiatur unguentũ. Valet & unguentum apoſtolorũ. Valet & unguentũ ęgyptiacum: & eſt fortius ſupradicto. corrodit eñ carnẽ ſuperfluã malã.

Vnguẽ mũdific ſaniẽ g ſſam.

Aliud unguentũ rectificans maligna ulcera difficilis cõſolidatiõis. Recipe olei. lb. duas. aceti. lb. 1. 5. litargirij. lb. 1. viridis ęris. ℥. 1. coquatur litargiriũ cum oleo & aceto donec ingroſſetur: & tunc ponatur viride ęris/ & decoquatur quouſq; aliqualem rubedinem acquirat.

Vnguẽ rectificã ulcera.

Valet etiam in ulceribus difficilis consolidationis cruꝝ puluis seminis mirtilli: vel semen ip̄m decoctū cum vino pistatum/desuper positum.

[U]nguētū Valet & hoc unguentum. Recipe unguenti pupilionis .ℨ.1.5.mumię.ℨ.5.misce.

Ad ulce-[r]a mūda. Si ulcera sint munda/& prę sertim in tibijs applicet̄ hoc ungueutum. Recipe ipoquistidos/sandaracę/sarcocollę lotę ana.ʒ.1.tucię pręparatę cum aqua rosata/terrę sigillatę ana.ℨ.1.olei onfācinij.ℨ.ij.olei de myrto/olei de mastice ana.ℨ.1.cærę albę.ʒ.vij.misce.fiat unguentū. Sʒ ante applicationē huius unguenti ponatur parum de infrascripto puluere in dictis ulceribus.cuius ꝶ.tale est.

[P]uluis ad [i]dem. Recipe sanguinis dracōis/boli armeni ana.℈.1.seminis plantaginis/granoruʒ myrti/pulueris ipoquistidos ana .℈.1.5.pulueris ossium crurū boum combustoꝝ.ℨ.i.spodij.ʒ.1.5.puluerięent̄ oīa per se/et diligent̄ ɔmisceant̄.

[U]nguētū [con]solidati-[u]um Si vero tibi videtur tempus consolidandi seu sigillādi/ utere hoc infrascripto unguento. Recipe gumi arabici/ dragaganti dissolutorum cuʒ aceto ana.ℨ.1.sandaracę/ ipoquistidos/thuris/masticis ana.ʒ.1.tucię pręparatę.ʒ. .1.5.olei de mastice.ℨ.iij.cærę quantum sufficit.misce.et fiat unguentum.

[P]uluis Si vero dicta ulcera iam fuerint incarnata/& nulla fuerit concauitas:in tali casu utere puluere infrascripto. Recipe tucię præparatę cum aqua rosata.ʒ.ij.plūbi usti.ʒ.1. puluerięentur per se:& misceant̄.ex hoc puluere vidēbis effectum expertum.

[U]nguētū [a]d pustu[la]s crusto[sa]s. In pustulis crustosis & excoriatiōibꝫ utere hoc unguēto:cum quo mēbra infecta inungant̄. Recipe olei de vitellis ouorum.ℨ.5.cerusę lotæ.ℨ.1.plumbi usti.ℨ.1.amili de hordeo.ℨ.iiij.misce.confricentur omnia per duas ho

ras continuas in mortario plumbeo cum pistello.

Si vero in dictis ulceribus superficialibus/& præsertim pedum essent aliquę materię induratę: in tali casu utere hoc unguento. Recipe calcis viuæ. ℥.ij.ß.viridis ęris. ℥.i.ß.pinguedinis porci quantũ sufficit.fiat unguentũ. Vnguẽ ad indu tas reliq as pust larum.

Aliud unguẽtum satis preciosum/& sæpe expertum in ulceribus fraudulentis/corrosiuis/ambulantibus & antiquis/cancrenosis:non solũ crurum/verũ & aliorũ mẽbrorum:& remouet inflãmationes mẽbrorũ.Recipe cerusę lotę/aceti ana.℥.ß.plũbi usti.℥.ij.litargirij.℥.i.myrrhæ.℥.ß. mellis rosati colati.℥.i. olei rosati.℥.iij. vitellorũ ouorũ nũero.iij.cęrę q̃ntũ sufficit.misce.fiat unguẽtũ. Ad ulce ra frauc lẽta aliu

Ad illustrissimũ Ducatus Vuirtẽbergeñ.Principem Vdalricum Conclusio auctoris.

Quis est qui ignoret illustrissime Princeps/p̃sumptionem maximã habuisse me qui hunc libellũ cõstruxi cõtra opinionẽ sapientissimorũ necnõ sciẽtificorũ Doctorum ? Sȝ ꝙ patres & maiores ac sapiẽtiores me viri hũc libellũ non ausi sunt aggredi/ possem varias rõnes ĩ me diũ adducere:qbꝫ probarẽ ꝙ facere debuerãt. . Verũ ꝙ id nullus hactenus fecit/in cã fuit: aut quia maioribꝫ dediti curis / aut amplioribus impediti negocijs opus hoc aggredi minime potuerũt.Addo etiã:qa a diuersitatibꝫ cõiunctionũ planetarũ & eclipsiũ solis & lunę/ ab eorũ ꝙ influẽtia iste morbus ꝓducit.ut in ca.de causis demõstraui.q̃ de re a p̃decessoribus nr̃is modernioribꝫ qddítas huius ęgritudinis occultę scripta nõ fuit.cuius tñ qd ditatẽ per Pliniũ/Marcialeȝ/& alios medicinæ/ phĩę & astronomię auctores ostendi.Dicta aũt mea nõ mihi/sȝ auctoribꝫ ip̃is ascribanť: ex qbꝫ labore & sudore lõgis flosculos varios sciarũ collegi.Verũ testis suȝ antiq̃rum

medicinę Doctorum: quoniaȝ quęcunq; ab illis scripta & inuenta ex admiratione philosophię/ sunt optima et approbata. Q, si ipsi hoc opus aggressi fuissent / fateor quidem longe ornatius & perfectius / atq; compendiosius explicuissent. Quocirca illustrissime Princeps/ desideraui morē gerere ac complacere uniuersę cōmunitati christianę ab optima sanitate lapsę/ sanitatis ingeniuȝ & corporis valitudinē bonā reducere studens. prout superius abūde demostratū fuit. Verꝝ fateor item: ꝙ quęcunq; scripta sunt in hoc libello/a sapientioribꝫ medicinarum & antiquioribus sunt pertractata: ut quę in codicibus eorum reperi nō modo in sententia/verꝝ etiā in propria nōnunq; verboruȝ forma. Cū itaq; laudem ex opere meo expectem/& magis utilitatē ac miserorꝝ sanitateȝ desiderem: vereor ne impitorū iudicio obtrectatiōis subiturus sim crimen. Qui tamē nil aliud intendi: q; conuertere me ex toto corde ad altissimū / omnipotentem/ac sempiternū motorem primū: quē Deum maximum dicimus/bonumq; nominamus. ut Galienus auctoritate Platonis explicuit. et Princeps in septima tertij ca. 1. scripsit: Creator & sublimis & excelsus: in cuius manibus omnia existunt. & in proęmio primi canonis his verbis inqt: In primis Deo gratias agamus: sicut sui ordinis celsitudo & beneficij ipsius multitudo meretur. cuius misericordię super omnes prophetas existunt. & solus ipse sua misericordia largitur sanitatem corporuȝ & vitam anmarum. ut Auerrois in prologo canticoruȝ dixit. Et ipse pro sua clęmentia concedat & confirmet nobis sanitatis & vitę gratiam: & continue seruos suos protegat admirabilis dominus deus noster. Deniq; toto corde & flagranti animo oro/& exoratuȝ habere ve

sim primū illum motorem: ut pro sua infinita pietate / ti bi illustrissimo Vdalrico Vuirtenbergeñ. Duci corpo-ris & animę salutem largiri dignetur: et ut iste morbus contagiosus nullū nocumentū illustrissimę dominatio-ni tuę imprimere aut facere possit. Supnę maiestati suæ flagitando supplicās: ut uniuerso populo christiano cō firmatione fidei catholicę corroborata sit salus: Principi bus christianis pax salubris: Impatori nostro Maximili ano salus & gloria/ac inimicorum suorum victoria: lar gitore Deo summo trino & uno. Quicunq; aūt tracta-ctatum hunc legerint/ ad calcē hoc uno sint admoniti: ut sicubi contrarietatē dictorꝶ offendēt: sciāt quoniā cū Doctores antiqui & moderni in re aliqua non concor-dant/graue esse rationes eorum concordare/ac difficile verum inuenire. Vñ ut omnia simul comprehēdam/ ve niam a legentibus humillime peto: haberecq; me ꝓ sua benignitate in cunctis excusatum. Sic ergo ad finem ꝑ-uenientes/Tractatum hūc claudimus cum auxilio Dei/ ac beatissimę virginis Marię adiutorio: quibꝫ sit honor laus & gloria ꝓ infinita beneficiorū suorꝶ multitudine.

Tractatus Mentagræ/curandorumq; ulcerū: editi per Vuendelinū hock de Brackenau / artium & medicinę Doctorē finiūt: Ioanne Schotto pressore Argētino: Anno Christi Millesimo quingentesimo decimoquarto: vicesimaquarta mensis Martij.

Index cõtentorꝝ in binis tractatibꝰ: Mẽtagræ/ & curandorꝝ ulcerũ iuxta seriẽ alphabeti. Fol.

Finis Indicis.

Auctores medicinę hoc tra-
ctatu allegati.

Apollo. Auicenna. Albumasar. Arnoldus. Almansor. Auerrois. Auensoar. Albucasis. Conciliator. Drusianus. Galienus. Gentilis. Gordonius. Gilspertus. Guido. Hesistratus. Hippocras. Hali abbas. Ioannes alexandrinus. Isaac. Mesue. Platearius. Rasis. Rabbi moy-ses. Serapio.

De externis.

Aristoteles. Marcialis. Ouidius. Paulus. Plinius. Plato.

MAXIMILIANO Cęsare semper augusto/auctore

Iacobus oeßler I.V.Doctor/per Imperij Romani limites artis impressorię censor & superattendens generalis constitutus:edicto pręsenti canet:ne quis a data huius per triennium/tractatū hunc Mentagra intitulatuȝ/ in Imperij finibus secundario vel imprimat/vel secundario impressum aut impressos vendat / per se/ vel per alium aut alios/omni titulo subterfugij & excusationis secluso:prætereꝙ̄ quos auctor ipse sumptibus suis correctos imprimi curauit. sub pœna decem marcharꝝ auri. Dat.Argentinę octaua Februarij:Anno Christi millesimo quingentesimo quartodecimo.